UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Aluari Pelagij de pla[n]ctu eccl[es]ie desideratissimi libri duo et indice copiosissimo et marginarijs additionibus rece[n]s illustrati

Alvarus <Pelagius>

Lugduni, 1517

Primus articulus. Expositio q[ua]rti. c. Threno[rum] summaria. Quare est angusta via q[uod] ducit ad vita[m]: [et] lata q[ui] ducit ad morte[m]. De duplici stercore. Expositio multiplicis ...

urn:nbn:de:hbz:466:1-29953

Visual Library

¶ Primus Articulus Secũde partis huius operis.

Iam nũc reſtat de ſecunda parte iſti⁹ operis tractare: que eſt de plãctu eccleſie. Prima enim pars dei beneficio expedita eſt: que eſt de ſtatu eccleſie. in qua expeditũ eſt de eccleſie fundamẽto: ⁊ eius iuriſdictione: ⁊ potentia: et ſanctitate: ⁊ dñi pape ⁊ alioꝝ prelatorum. Nunc cum Job deduco calamũ/dicẽs. Verſa eſt in luctũ cithara mea: ⁊ organum meũ in vocem flentiũ. Job. xxx. in fi. De planctu igitur eccleſie/q̃ quaſi in filijs ⁊ membris ſuis a puritate ⁊ ſanctitate ſua quodammodo defecit: et ideo plangẽda eſt cum Hiere. Threñ. per totũ. omni diligẽtia pertractabo. Et quare ſit plãgenda: quia ꝓpter caſum ſuũ. Et quõ manente ſua iuriſdictione ⁊ potentia in ſtatibus ſuis quantũ ad ſanctitatẽ defecerit: in ſequentibus declarabo. ¶ A Et licet ſupra in parte prima iſti⁹ operis/de malis filijs iſti⁹ ſancte eccleſie prelatis ⁊ alijs/ in multis locis tetigerim: Hic tñ latius de ſingulis ſtatibus quaſi a ſanctitate ruentib⁹ diſſeram. nõ iudicans veritatẽ potentie eccleſie vt ſupra plene ⁊ pluries probaui. Sed peccata membrorũ ipſius eccleſie corruptorum. Eſt eñ condẽnandũ vitiũ: non ſancta iuriſdictio/aut natura lxxvi. diſt. odio. xxiij. q. iiij. duo. Dicam igit̃ ⁊ plãgam cum Hiere. Threñ. ij. poſt medi. Diuiſiones aquarũ deduxit oculus me⁹: in cõtritione filie populi mei. Oculus meus afflictus eſt: nec tacuit eo ꝙ non eſſet requies. donec reſpiceret ⁊ videret dñs de celis. Ne auertas dñe aurem tuã a ſingultu meo/ ⁊ clamorib⁹. Iterũ plangã cum eodẽ Hiere. matrẽ meam eccleſiã. ⁊ dicam. Quis dabit capiti meo aquã: ⁊ oculis meis fontẽ lachrymarũ? Et plorabo die ac nocte interfectos/ſubaudi in aĩa/filie ſcz eccleſie/populi mei. Quis dabit me in ſolitudine diuerſorium viatorũ? Et derelinquã populũ meũ: ⁊ recedam ab eis: q: oẽs adulteri ſunt/ ⁊ cetus preuaricatorũ: ⁊ extenderũt linguã ſuam quaſi arcũ mendacij/ ⁊ non veritatis. Confortati ſunt in terra: q: de malo ad malũ egreſſi ſunt: ⁊ me non cognouerũt/dicit dñs Hiere. ix. in pñ. Aere ⁊ veriſſime obſcuratũ eſt aurũ. Thre. iiij. cõmentor hic ꝓ parte iſtud. c. ⁊ iterũ. j. in vij. ar. perfecti⁹. Status ſanctus eccleſie mutat⁹ eſt color optim⁹ virtutũ in vitia. Diſperſi ſunt lapides ſanctuarij. i. eccleſie clerici ⁊ religioſi: q̃ ſunt fundamenta eccleſie. ẽ de elec. fundamenta. lib. vj. In capite oĩm platearũ. platea lata vita laicoꝝ eſt. Unde Luc. xiiij. ⁊ xxiij. q. iiij. diſplicet. in fi. Exi cito i plateas. ¶ B Dicit Amb. ad plateas: vt de latioribus vitijs ad anguſtam venirent viã. vñ ⁊ platea latior eſt ꝙ̃ vicus: ⁊ a latitudine nomẽ accepit. In plateis eñ ſunt diuites: q: lata eſt via que ducit ad mortem. Mat. vij. ⁊ Luc. xiij. Eſa. lix. Corruit in plateis veritas: et equitas nõ potuit ingredi. Unde Aug. Quidã ſunt q̃ vagant̃ per cãpos licentie: putantes licitũ/quicquid eſt libitũ: qui laxas ſibi fecerũt habenas: effrenata libertate vẽtres ⁊ frenũ continẽtie detrectantes. Diſperſi ergo ſunt lapides ſanctuarij in capite platearũ: q: clerici ⁊ multi religioſi capita ſunt hodie ⁊ exẽpla relaxationis oĩs vite laicis/q̃ laxiorem vitã tenent. Et hoc eſt ſm Hiero. qđ vehemẽter eccleſiã dei deſtruit: meliores eſſe laicos ꝙ̃ clericos. viij. q. i. qualis. ad idẽ. c. cauſa. ⁊. q. c. verior. c. quid aũt. c. illud. Clerici eñ laicos loco ⁊ religione ⁊ ſanctitate debẽt precellere. diſt. iiij. deniq. i. q. i. viliſſimus. lxi. di. in ſacerdotibus. xxv. di. §. nunc autẽ. ꝟ. noie. Filij ſyon/clerici filij eccleſie ſpeculantis/inclyti virtutib⁹: que ſunt anime nobilitas. iuxta illud. Nobilitas ſola eſt/animũ que moribus ornat. ar. xxiij. q. iiij. ſi nõ ex fidei. ⁊ amicti auro primo/ornati fide/charitate informati. de peni. diſt. ij. circũciſio. quomodo deputati ſunt in vaſa teſtea: fragilia/vilia? xxiij. q. iiij qui ſm. nullis tentationibus reſiſtentes. Filia populi mei. lxviij. di. quorum. eccleſia/crudelis in prelatis ſeuiſſimis in tyrãnis. x. q. iij. quia. cũ. c. ſeq. quaſi ſtrutio in deſerto/q̃ exponit oua ſua. Prelati multi ſuos filios ſpoliãtes ꝑſequentes/ ⁊ ad literã occidentes. p:e. c. quia. Qui veſcebãtur voluptuoſe in virtutibus ⁊ ſanctis exẽplis/eccleſia primitiua. xij. q. i. c. ij. interierunt in vijs/in via larga ⁊ relaxata: que ducit ad mortẽ. ¶ C Unde Mat. vij. ⁊ Luc. xiij. Intrate per anguſtã portam: q: lata porta ⁊ ſpatioſa via que ducit ad perditionem: ⁊ multi ſunt qui intrãt per eã. ꝙ anguſta porta/ ⁊ arcta via que ducit ad vitã: ⁊ pauci ſunt qui inueniunt eam. vbi Chryſ. Tres ſunt naturales paſſiões ⁊ intime carnis. p̃mo eſca ⁊ potus. deinde amor viri ad mulierẽ. tertio loco ſomnus. ⁊ ideo graui⁹ eſt eas a natura carnali precidere ꝙ̃ ceteras paſſiões. ⁊ ideo nullius paſſionis abſtinẽtia ſic ſanctificat corpus/ſicut ꝙ homo ſit caſtus: ieiunãs: ⁊ vigilans. perſeuerãs ergo ꝓpter has iuſtitias ⁊ potiſſimũ propter laborioſiſſimũ ieiuniũ dicit. Intrate per anguſtam portã ⁊c̃. Porta perditionis eſt diabolus: per quẽ introitur in gehennã. Porta vite eſt chriſtus: per quẽ introitur in regna celeſtia. Lata aũt porta dicitur diabolus eſſe: nõ magnitudine poteſtatis. ſ. extẽſus. Sed effrenate ſuperbie licẽtia dilatatus. Porta autẽ anguſta d̃r eſſe chriſtus nõ paruitate poteſtatis exiguus: ſed humilitatis ratione collectus. quia quẽ totus non capit mũdus/ſeipm inter anguſtias vteri virginalis incluſit. Via aũt perditionis eſt oĩs iniquitas. Dicitur aũt ſpatioſa: quia non eſt intra regulã diſcipline incluſa. ⁊ ambulãtes in ea quicquid eos delectauerit hoc ſequũtur. Via aũt vite dicitur oĩs iuſtitia: ⁊ ꝓpter contrarias cauſas eſt arcta. Cõſiderandũ aũt ꝙ niſi quis perambulauerit per viã: non põt venire ad portã. qui enim nõ ambulat per viã iuſtitie: impoſſibile eſt vt vere chriſtũ cognoſcat. Similiter nõ incurrit in man⁹ diaboli: niſi q̃ in via ambulat peccatorũ. huc uſq Chryſ. q̃ etiã dicit. Sed quũ poſtea dicat/ Iugũ meũ ſuaue eſt: ⁊ onus meũ leue. Mat. xi. qualiter hic anguſtã viã eſſe ait ⁊ arctam? Sed poſt labores ⁊ ſudores in bonũ finem deuenire/ſcz in vitã/ſufficiẽs eſt mitigare eos q̃ agones patiunt̃. Si enim tẽpeſtates nautis/ ⁊ vulnera militibus lenia ſunt ꝓpter ſpem premiorum: multo magis quũ celum preiacẽs fuerit: et immortalia premia: nullũ aliquis ſentiet imminentiũ periculorũ. Sed ⁊ exẽplũ chriſti preducis pro nobis patientis leue noſtrũ facit certamen. Qui eñ in agone certat: quũ viderit principẽ admittentẽ labores agonũ: animoſior fit. Ne igitur meſti ſimus quũ multa hic contigerint triſtia: q: arcta eſt via/ſed nõ ciuitas. Ideo neq hic quietem oportet expectare: neq ibi triſte aliqd preſtolari. Dicens aũt qm̃ pauci ſunt qui inueniũt eam. rurſus hic multorũ deſideria ſignificauit: ⁊ audientes erudiuit/nõ multorũ proſperitatib⁹ attẽdere: ſed paucorũ laboribus. huc uſq Chryſo. ſ. in Threñ. c. iij. ſuper litera Teth. ꝟ. Item hoc iugum. §. Aleph. in. vj. ar. Itẽ Amos. vj. Ve qui ſeparati eſtis in diẽ malum: qui dormitis in lectis eburneis: ⁊ laſciuitis in ſtratis veſtris. qui comeditis agnũ de grege/ ⁊ vitulũ de medio armenti. Ber. Quid ad hec dicitis vos guloſi ⁊ luxurioſi: quorum deus venter eſt. Phil. iij. quorum vſus aut in ventre aut ſub vẽtre. q̃ in luxurijs enutriſtis corda ⁊ corpora veſtra. Iac. v. Pinguedo carnis/delicie corporis/ſaturitas ventris/ aut ante mortẽ vos deſeret: aut vos illa relinqueris in morte. ¶ D Sequit̃ in Threñ. iiij. Qui nutriebãtur in croceis/ſancti clerici charitate rubicũdi: ⁊ mũditia formoſi. ad exemplũ chriſti candidi ⁊ rubicundi. Cañ. v. Amplexati ſunt ſtercora. fornicationũ ⁊ immũditiarum. pſ. lxxxij. Diſperierunt in Endor. q̃ interpretat̃ fons generationis. quia plena eſt eccleſia filijs clericorum. Unde oportuit eccleſiam de eis facere titulos ſpeciales/ ⁊ tractatũ. ex̃ de filijs preſby. ⁊ de cohabi. cleri. ⁊ mu. ⁊. lvj. di. Facti ſunt vt ſtercus terre. i. fetidi ⁊ abominabiles. Johel. j. Cõputruerũt iumenta in ſtercore ſuo. Greg. Iumẽta in ſtercore putreſcere/eſt carnales homines in carne vitã finire. Tale ſter

Paſſio carnalis triplex.

Ob nimiã ſcelerum frequentiã euiluerunt clerici.

cus ⁊ omne mũdiale ſpernit Paulus: vt chriſtum lucrifa
ciat. Phil. iij. Eſt aũt aliud bonũ ſtercus ſancte vilitatis ⁊
humilitatis: de quo paup ſuſcitatur. pſ. cxij. Laudate pue
ri. vt ſedeat cũ principib⁹ angelis. ſm illud. Preuenerunt
principes coniuncti. pſ. lxvij. i. angeli cũ principibus. id eſt
apoſtolis. ſm illud. pſ. xliiij. Conſtitues eos pncipes. lxviij.
diſt. quorũ. populi ſui. pſ. cxij. Et maior effecta eſt iniqui⸗
tas filie populi mei peccato ſodomoꝝ que ſubuerſa eſt in
momẽto. Geñ. xix. de pe. di. j. ſed ⁊ cõtinuo. q: eccleſia ma⸗
gis recipiens/ de gratia ⁊ dignitate/ chriſti magis ingra
ta ⁊ magis ꝙ ſynagoga offendit. ar. xl. diſ. homo chriſtia⸗
nus. cũ ſi. Vn Mat. xj Remiſſi⁹ erit terre ſodomoꝝ ⁊ go⸗
morreorũ in die iudicij ꝙ illi ciuitati. Vbi Hiero. Quia
ſodomitis ⁊ gomorreis nõ fuit predicatũ euangelium. ⁊
Mat. xj. Dico vobis q: terre ſodomorũ remiſſius erit in
die iudicij ꝙ tibi. loquit Capharnaũ. vbi dñs multa mira
cula fecit. que maior eſt in condẽnatione ꝑpter euangelij
preuaricationẽ ꝙ ſodoma ignorans chriſtũ ⁊ euangeliũ.
¶ E Et ſequit. Candidiores nazarei eius niue. Naza⸗
rei interpretant virgulta vel floridi ſiue cuſtodiẽtes: aut ſe⸗
parati/ mũdi/ vel vncti/ ſiue ſancti/ aut conſecrati. Tales
fuerũt clerici in eccleſia primitiua. virgulta virẽtia ſan⸗
ctis operib⁹. vnde ⁊ colũba ad noe rediit portãs ramum
virentis oliue. Geñ. viij. ex̄ de ſacra vnc. c. j. §. quia vero. in
fi. virens aũt non ſiccus aut areſcens eſt ramus/ bonum
opus factũ in charitate. Greg. Nec habet aliqd ram⁹ bo⸗
ni operis: ſi nõ manet in radice dilectionis. Floridi/ puri.
vnde Can. j. Lectulus noſter floridus/ conſcientia pura ⁊
bona. de pe. di. ij. charitas. ij. quaſi in fi. Cuſtodientes/ pre
cepta legis. pſ. cxviij. Vt cuſtodiã mandata tua. ⁊ iterum
pſ. xviij. In cuſtodiẽdis illis retributio multa. Separati
mente a malis. xxiij. q. iiij. a malis. Mũdi/ corde Mat. v.
Beati mũdo corde. Aug. Hoc eſt enim ſimpliciter cor qd
mundũ cor. Chryſ. ibi. Mundos aũt hic ait vel eos q na⸗
turalẽ virtutẽ poſſident: ⁊ nullius ſibi malitie cõſcij ſunt:
vel eos qui in tẽperantia cõſiſtũt: que maxime neceſſaria
eſt ad videndũ deũ. ſm illud Pauli ad Heb. xi. Pacem ſe⸗
quimini cum oĩbus/ ⁊ ſanctimoniã: ſine qua nemo vide⸗
bit deũ. Vncti/ virtutib⁹. ex̄ de ſacra vnc. c. j. Sancti/ maxi
me caſtitate. lxxxj. di. oportet. j. ad Theſſal. iiij. Hec eſt vo⸗
lũtas dei/ ſanctificatio veſtra: vt ſciat vnuſquiſqȝ ⁊c. Con
ſecrati/ ad ſeruitiũ dñi. xij. q. ij. nulli. de cõſe. di. j. veſtimen⸗
ta. ¶ Iſti (inquit) nazarei cãdidiores niue/ interna ⁊ ce⸗
lica mũditia. xxx. q. v. femine. Innocẽtia ⁊ puritate. de cõ.
di. iiij. poſt baptiſmũ. cum. c. ſeq. De cordis puritate ⁊ cor⸗
poris mundiția clericorũ ex̄ de vi. ⁊ hone. cle. vt clericoꝝ. j.
ꝛñ. De cordis puritate loquit Seneca ad Lucillũ in epla.
lj. Proijce oĩa que cor tuũ dilaniãt: que ſi nec aliter extra⸗
hi poſſent: cor cũ eis euellẽdum eſſet. ⁊ in ſacris ordinib⁹
nihil tam dignũ ſicut caſte viuere: quũ caſtitas ſit premiũ
cleri principiũ ⁊ etiam fundamẽtũ. in aut. quõ opor. epiſ.
aut re. de. ad or. perdu. §. hec de deo. amabilibus. Coll. ix.
Et loquẽs alia lex de clericis/ ait. Quid enim ſtabile aut
firmũ erit ſi ſanctitas incorrupta/ corrũpatur: C. de epiſ. ⁊
cleri. ſi quemq̃. Nitidiores lacte. honeſti corporea caſtita⸗
te. ⁊ ſic habẽtes zonam aureã ad mamillas. Apoc. j. id eſt
caſtitatem in affectu ⁊ effectu. Rubicũdiores ebore anti⸗
quo. in cõpoſita ⁊ rubicunda verecundia honeſtatis: que
ingenuos prodit natales. lxxxvj. diſt. non ſatis. ⁊ que eſt
ſordidorũ omniũ inimica. angeloꝝ ⁊ virginitatis germa
na. ⁊ que deteſtatur filios infrunitos: ⁊ pudoratos ample
ctitur. xcvj. di. in ſcripturis. Sapphiro pulchriores. in omi
morũ conſpicua venuſtate. ſic accipitur de peni. di. ij. prin⸗
cipiũ. vltra colũ. ꝟ. oĩs lapis. ¶ F Et ſequit in Threñ.
iiij. Denigrata eſt ſuper carbones facies eoꝝ. ſcȝ nazareo⸗
rum/ qui erãt in eccleſia primitiua. nũc facies clericorum
id eſt intentio ⁊ cõſcientia. Cant. ij. Oſtende mihi faciem
tuã. Job. xi. Si non permãſerit in tabernaculo tuo iniuſti
tia: tunc leuare poteris faciem tuã abſqȝ macula. pſ. xlix.
Arguam te: ⁊ ſtatuam contra faciẽ tuam. Matth. vj. Fa⸗
ciem tuã laua. id eſt cõſcientiã: vt ſit ſine macula. i. ſine ru
ga. Epheſ. v. Greg. Scriptura ſacra mentis oculis quaſi
quoddam ſpeculũ opponitur: vt interna noſtra facies vi
deatur. ibi enim feda. ibi pulchra noſtra cognoſcim⁹. De⸗
nigrata/ deturpata/ deprauata eſt ⁊ cauteriata. lxxiij. diſt.
in nomine patris. feditate ⁊ peruerſitate. non querẽs que
chriſti ſunt ſed que ſua. Phil. ij. lxiij. diſt. noſſe. Eſa. xiij. Fa
cies cõbuſte vultus eorũ. Super carbones. qui nigri ſunt.
Aug. Nigrior eſt conſciẽtia peccatoris coruo. Vñ ⁊ Pau⸗
lus ſimplex quẽdam ingredientẽ eccleſiam in fornicatio⸗
ne iacentẽ nigrum ⁊ triſtem facie vidit. Carbo etiã ignis
extinctus eſt. quia in clericis hodie ignis charitatis extin
ctus eſt: ⁊ ignis alienus in eis eſt. Ignis alienus. libido.
auaritia. ⁊ oĩs praua cupiditas eſt/ dicũt Adamantius ⁊
Ieſitius de peni. di. iij. inter hec. j. ꝟ. ignis. Iſti ſunt carbo⸗
nes deſolatorij. pſ. cxix. Ad dominũ cũ tribularer clama⸗
ui. Sunt ⁊ alij carbones peſtiferi: criminationes falſe. qs
ſepe clerici ⁊ accẽdere ⁊ reaccendere moliũtur. ex̄ de pur⸗
ca. cũ in iuuentute. Sequit. Et nõ ſunt cogniti in plateis.
ſcȝ laicorũ. quia eos ſubditi per verã obediẽtiam non co⸗
gnoſcũt/ propter eorũ malam vitã. quia per bonã vitam
que ſunt vera ſtigmata clericorũ cognoſcuntur: ⁊ in reue
rentiam habentur. mali vero nõ cognoſcũtur/ quũ etiam
habitũ propriũ clericalem dimittant. ad hoc op. ar. coruȝ
que legũtur ⁊ no. ex̄ de ſen. excõ. in audientia. ⁊. c. ſi iudex.
lib. vj. ¶ Sequit. Adheſit cutis eorum oſſibus: aruit: ⁊ fa
cta eſt quaſi lignũ. quia conuerſatio eorũ etiam exterior/
que eſt cutis/ arida ⁊ abſqȝ pinguedine deuotionis eſt. de
qua pinguedine. pſ. lxij. Sicut adipe ⁊ pĩguedine reple⸗
tur anima mea. Et facta eſt ſicut lignũ aridum: deputan⸗
dũ igni. Sicut eñ palmes in vite non manẽs. Joã. xv. vbi
Aug. Vnũ ex duob⁹/ palmiti cõgruit: aut vitis: aut ignis.
Si in vite non eſt: in igne erit. ſic etiã accipitur lignũ ari
dum in malã partem. Lu. xxiij. ibi. Quia ſi in viridi ligno
hoc faciũt: in arido quid fiet? vbi Theophi. Si erga me li
gnũ fructiferum iugiter viuẽs/ taliter ſe gerunt romani
quid nõ attentabũt erga vos: populũ dico/ quaſi lignum
aridũ/ priuatum qualibet viuificante virtute: nec vllũ fru
ctũ ferentes? Item ibi Beda. Si ego qui peccatũ nõ feci:
lignũ vite appellatus. Apoc. xxj. ſine igne paſſionis a mũ
do non exeo: qd putas eis manere tormenti/ q ſunt fructi
bus vacui? Tale lignũ aridum qd fructũ ſuum non dat in
tẽpore ſuo/ non guſtabit de ligno vite qd eſt in medio pa
radiſi. Apoc. ij. ⁊ vlt. Sequit Melius fuit occiſis gladio/
materiali cõſumente corp⁹. ꝙ interfectis fame/ peccatoꝝ.
de qua fame. j. ad Coꝛ. xj. Alius quidẽ eſurit. peccare. pſ.
lxxvij. Et appoſuerũt adhuc peccare ei. Quoniã iſti extra⸗
buerũt/ cõſumpti a ſterilitate terre. quoniã omne terrenũ
ſterile: ⁊ ſterilem facit animã a deuotione ⁊ guſtu dei. pſ.
xxxiiij. ſterilitatẽ anime mee. Et alius pſ. cxlij. Anima mea
ſicut terra ſicca/ ſine aqua deuotionis ⁊ compunctionis.
Cõpleuit dñs furorem ſuũ. Furor autẽ ira dei non eſt/ vt
hoĩs id eſt perturbatio cõcitati animi: ſed tranquilla iuſti
ſupplicij cõſtitutio. dicit Greg. de peni. diſt. iij. productio.
Neqȝ enim/ dicit Hiero. deus hoĩbus iraſcitur: ſed vitijs:
que quũ in homine non fuerint: nequaq̃ punit quod mu
tatũ eſt. de pe. diſ. j. quãobrẽ dixi. ⁊. j. in fi. orationis Hiere.
Effudit irã indignationis ſue: ⁊ ſuccendit ignem in ſyon.
in eccleſia. i. permiſit ſuccendi. ſic exponitur. xxiij. q. iiij. na
buchodonoſor. ꝟ. cũ vero. Ignẽ inquã alienum. de pe. di.
iij. inter hircum. libidinis/ auaritie ⁊ oĩs praue cupidita⸗
tis. dixi ꝓxime ſupra. ꝟ. Et ſequit. Qui ignis non exurit/
non mũdat/ vt ibi dicitur de igne auaritie. Eccli. xxiij. Ani
ma calida quaſi ignis ardens nõ extinguet/ donec aliud
deglutiat. Quia ſicut ait Greg. Auaritia deſideratis re⸗
bus nõ extinguitur: ſed augetur more ignis cuius flãma
ex lignis videtur cõprimi: ſed paulo poſt cernitur dilata⸗
ri. ad hoc facit quod dicit Hiero. in ꝓlogo biblie. viij. c. et
transfertur per Aug. xiiij. q. v. quid dicã. Auaro tam deeſt
quod habet/ ꝙ qd non habet. credenti totus mũdus diui

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

clarū eſt. Infidelis autem etiā obolo indiget. De igne lu
xurie. Job. xxi. Ignis eſt vſqꝫ ad cōſummationē deuorās.
quia luxuria non ſolū coinquinat corpus: ſed ⁊ animā: ⁊
totū deuorat. Unde. i. Cor. vi. Omne peccatū quodcūqꝫ
fecerit homo/extra corpus eſt. qui autē fornicatur: in cor/
pus ſuū peccat. vbi dicit gloſ. In fornicatiōis opere ſic to
tus homo abſorbetur a carne: vt iam dici non poſſit ipſe
animus. Sed ſimul totus homo dicit caro. Unde dicitur
fornicatio forme necatio. Ignis iſte nutrit pinguedine/
ſcilꝫ ventris ingluuie. xliiij. diſt. §. i. Uñ verſus. Subtrahe
ligna foco ſi vis extinguere flāmā: Si carnis mot⁹: ocia
vina dapes. ¶ De igne ire ⁊ ſuperbie. Exo. xxij. Si egreſ/
ſus ignis inuenerit ſpicas: ⁊ cōprehenderit aceruos fru/
gum: ſiue ſtantes ſegetes in agris: reddet damnū q̄ ignē
ſuccendit. ex̄ de iniur. ſi egreſſus. Acerui frugum ſunt cō/
uentus religioſoꝝ. Cañ. vij. Uēter tuus ſicut aceruus tri
tici vallat⁹ lilijs. Stantes ſegetes in agris ſunt boni acti
ui in habitu vite ſecularis: quos oēs qui ad iram ꝓuocat
ꝙ grauiter peccet/ex hoc patet q: omne damnū reſtituet.
Unde Greg. Ideo timendi ſunt boni ne offendātur: ne
forte per eos ille ꝓuocetur ad irā/qui eorū corda ſemper
inhabitat. nam ſi malos offendimus/minime timere de/
bemus: quia illis noſtra actio diſplicet/quib⁹ nec iuſticia
creatoris placet. ¶ Prune cupiditatis ſunt diuitie. libidi
nis vero delicie. furoris lites ⁊ diſcordie. Uñ oram⁹ quo/
tidie. Extingue flāmas litiū. horū omniū igniū follis eſt
ſuggeſtio diaboli. Eſa. liiij. Ego creaui fabrū ſufflantem
in igne prunas. Hic triplex ignis ſuccēſus eſt/maxime in
medio clericorū: ſolam expectans flagrationē elemento/
rum. ij. Pet. vlti. Elementa ignis calore ſoluētur. vt ſicut
nūc ardent in culpa: ardeāt pariter ⁊ in pena. Pſ. xx. Po
nes eos vt clibanū ignis. Eſa. l. Ecce oēs vos accendētes
ignem/accincti flāmis quas ſuccēdiſtis/ambulate in lu/
mine ignis veſtri: in flāmis quas ſuccendiſtis. ¶ Simi/
liter vita iuſtorū ignis eſt: ⁊ eorum gloria ignis erit: quia
nūc ardent igne diuini amoris. de quo Luce. xij. Ignē ve/
ni mittere in terrā. quid volo: niſi, vt ardeat: vnde Amb.
Non vtiqꝫ illū conſumptorē bonorū: ſed bone voluntatis
authorē: qui aurea dñice domus vaſa meliorat: fenū vero
cōſumit ⁊ ſtipulam. Et ibi Cyrillus. Hui⁹ ignis dñs acce
lerabat incendiū. credebant eñ iam quidā quorum exor/
dium fuerāt venerandi diſcipuli: ſed ignis ſemel in iudea
accenſus/totū orbem occupare debebat. Cōſummata eñ
paſſionis eius diſpēſatione/⁊ in futuro ardebūt ſicut ſe/
raphin in cōſpectu dei: ⁊ fulgebūt ſicut ſol in ſplendorib⁹
ſanctorū. Eſa. xxxi. Ignis eſt in ſyon/in eccleſia militāti. ⁊
caminus eius in hieruſalē. maximus cumulus in eccleſia
triūphanti. Hūc recipere nō poſſumus/niſi prius ignē in
nobis extinxerimus alienū. de quo ſupra dixi. qđ repreſen
tatur in ſabbato ſancto: quādo pri⁹ ignis vetus extingui/
tur: ⁊ ignis nouus accenditur: ⁊ benedicitur. ¶ Sequit.
Et deuorauit fundamēta eius. i. clericos: maxime p̄latos:
qui ſunt eccleſie fundamēta. vt ſupra in principio iſtius. c.
dixi. ⁊ colūne. ij. q. vij. accuſatio. i. ſequit. Non crediderūt
reges terre ⁊ vniuerſi habitatores orbis/qm̄ ingrederet
hoſtis ⁊ inimicus per portas hieruſalē. Quū enim in pri
mitiua eccleſia floreret ſanctitas omnimoda ⁊ perfecta:
quia regū aut q̄s habitator orbis id eſt eccleſie/crederet
in illo tēpore ꝙ diabolus inimicus ⁊ hoſtis ingrederetur
per portas. i. per prelatos: Uñ Joā. x. dicit dñs. Ego ſum
oſtiū. quia ipſi ſunt ṗncipales preuaricatores. xxiij. q. iiij.
tranſferūt. Uel per portas ſenſus intelligimus. vñ Hiere.
ix. Aſcēdit mors per feneſtras noſtras. mors. i. peccatū vel
diabolus in hieruſalē id eſt eccleſiā pacificam. Dicit autē
diabolus principaliter hoſtis ⁊ inimicus. vnde Matth.
xiij. Inimicus homo hoc fecit. Ubi Hiero. Diabolus pro/
pterea inimicus homo appellat q: deus eſſe deſijt. Et. ix.
pſ. ſcriptū eſt de eo. Exurge domine nō cōfortetur homo:
quāobrem non dormiat q̇ in eccleſia prepoſitus eſt: ne per
illius negligentiā inimicus homo ſuperſeminet zizania:
hoc eſt hereticoꝝ dogmata. Itē ibi Chryſ. Inimicus aūt
vocatur propter iacturam quā infert hoibus. vexatio eñ
diaboli aduerſum nos eſt. principiū autem vexationis fa
ctū eſt nō ab inimicitia que eſt ad nos: ſed que eſt ad deū.
¶ Sequit. Propter peccata ꝓphetarū ei⁹. Prophete ſe/
pe in ſacro eloquio doctores ⁊ prelati vocātur. xliij. diſ. ſit
rector. Et iniquitates ſacerdotū eius/qui effuderunt in
medio eius ſanguinē iuſtorū/precipue chriſti. Mat. xxvij.
de peni. diſt. i. periculoſe. Nā a ſacerdotibus principaliter
mala procedūt. xxiiij. q. iij. transferūt. maxime auaritia. ex̄
de deci. c. i. Sanguis aūt multis modis funditur. de peni.
diſt. i. homicidiorū. cum. iiij. c. ſeq. ¶ Sequit. Errauerunt
ceci in plateis. quia prelati ceci: ⁊ duces cecorū. xxxviij. di.
que ipſis. errāt per falſam doctrinā in populo qui late vi/
uit. Polluti ſunt ſanguine. peccati. Jo. i. qui nō ex ſangui/
nibus. ⁊ paulopoſt ſequit. Appropinquauit finis noſter:
cōpleti ſunt dies noſtri: q: venit finis noſter. vere: q: cōple
ta eſt ois malitia: non reſtat maius malū addere. vñ pau/
lopoſt ſequit. Completa eſt iniquitas tua filia ſyon.

¶ Articulus Secundus. A

Plango igit ⁊ oro
iterū cum Hiere. Threñ. v. Oratio Hie/
remie quā iterum cōmentor. i. in threnis
iiij. ⁊. viij. ar. in. §. recordare. Recordare
dñe quid acciderit nobis. q: inuenerunt
nos vere multa mala. i. Macha. i. id eſt peccata in omī ge
nere. Intuere ⁊ reſpice opprobriū noſtrū. vitiorū noſtroꝝ
quibus opprobriū facti ſumus cunctis gentibus. de quo
opprobrio. pſ. cxviij. Amputa opprobriū meū quod ſuſpi
catus ſum. Et de quorū vitiorum opprobrio venit in op/
probrium ſempiternū. de quo Dañ. xij. Alij euigilabunt in
vitam eternam: alij in opprobriū ſempiternū. Hereditas
noſtra verſa eſt ad alienos. Hiſtorice. quia ꝓpter peccata
noſtra terra ſubiecta eccleſie/ſicut terra ꝓmiſſiōis ⁊ alie
in terra grecorū ⁊ armenorū/verſa eſt ad alienos. quia a
ſaracenis ⁊ tartaris poſſidetur: q̄ alieni ſunt a fide ⁊ obe/
dientia romane eccleſie. ⁊ de q̄bus pōt intelligi illud Pſ.
liij. Quoniā alieni inſurrexerūt aduerſum me. Reſpice. q:
hereditas chriſti de qua pſ. cxxvj. Cū dederit dilectis ſuis
ſomnū ecce hereditas dñi. ad quā ṗncipaliter clerici ſunt
vocati. Uñ ꝓpterea vocant clerici: quia in ſortē ⁊ partem
electi. Et funiculus hereditatis ei⁹. xxj. diſt. cleros. in pñ. ⁊
xij. q. i. clericus. Et innocentie hereditas ⁊ virtutū/in qua
patribus noſtris ſuccedere debebamus. de qua. xl. diſ. c. i.
Uerſa eſt ad alienos. i. laicos reſpectu clericorū ab eccl̄ia
alienos. q: hodie cōmuniter innocētiores ⁊ virtuoſiores
ſunt clericis. viij. q. i. qualis. hodie eñ vere q̄ſi ſancti ſunt
laici reſpectu clericorū: ⁊ in die iudicij ſurgent laici cū ge/
neratione iſta clericoꝝ ⁊ religioſorū: ⁊ condēnabunt eos
cōparatione vite nō ſentētie poteſtate. ſicut exponit Hie
ro. Mat. xij. ⁊ Luc. xi. de niniuitis ⁊ regina ſaba condēnā/
tibus iudeos in die iudicij. vide. ſ. ar. ꝓxi. §. i. ꝟ. diſperſi ſ.
¶ Sequit. Dom⁹ noſtre ad extraneos. eccleſie facte ſunt
habitatio incredulorū a fide extraneoꝝ. Sequit. Pupilli
facti ſumus abſqꝫ patre. q: vere p̄lati/eccleſie patres. ij. q.
vij. qualis. vi. q. i. infamis. vocātur. ſed vere cōiter in effe/
ctu patres nō ſunt: q: inutiles ſunt. ⁊ non refert vel prela
tū nō habere/vel inutilē vel malū habere. ad hec. xix. diſt.
ſm. ad ſi. ibi. Ideo ḡ ⁊ hic cuius nomē dr̄ reticendū ⁊c. ij.
q. vij. non oēs epi ſunt epi. ⁊. c. q̄ nec regiminis. xl. di. mul/
ti ſacerdotes/et pauci ſacerdotes. vij. q. i. factus. in ſi. ibi.
iā non ſecūdus ſed nullus eſt. de pe. di. i. §. hoc idē. ꝟ. item
a mortuo. Et q̄ inhabilis eſt ad agendū nullus dicit. ff. qđ
cuiuſqꝫ vni. l. i. §. vlti. ⁊. ff. q̄ ſatiſ. cogā. l. quoties. ad velle.
quāuis. §. ſi cōuenerit. ex̄ de traſla. c. ij. §. ſed neqꝫ illud. ꝟ.
ſicut. ff. ſi q̄s cau. l. quoties. Quō enim vocantur patres q̄
nec ſua peccata detergūt: nec filioꝝ crimen corrigunt: ta/
les magis canes impudici ꝙ patres vel epi appellandi
ſunt. xlvij. di. §. neceſſe. ij. q. vij. q̄ nec regiminis. lxxxiij. diſt.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN